



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Hermannii Conringii De Antiquitatibus Academicis
Dissertationes**

Conring, Hermann

Helmestadii, 1674

Svpplementvm LXIII. Ad pag. CXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12929

Quæ de verâ acceptione vocis *vému* diximus confirmat illud quod Stobæus serm. XLII ex Stoicis nescio quibus refert: Νόμιμον εἴναι ἀνδρεαν καὶ αἰσθητικὸν τὸ νόμιμον καὶ περιπτών τῷ ὑπὲρ ἀντίθετον πολύτελον: Νομικὸν δὲ τὸν ἐξηγητικὸν τὸ νόμιμον. Marentur conferri quæ Grotius annotavit ad Matthæi cap. II v. 4. Quæ item nos annotavimus de insolente auctoritate quas suis Rabbinis Judæi tribuere sunt soliti, illustrat præ aliis eximium in modum Joannis Frischmuti longe doctissimus libellus de eo: utrum Ebræi statuant, idem simul posse esse & non esse.

SUPPLEMENTVM LXIII.

Ad pag. cxxix.

PRÆCLARA quædam de Synagogarum Decemvirali collegio notavit J. Saubertus, non tam generi nomine quam exigua doctrina mihi multò acceptissimus, in opusculo subjuncto Dissertationi Panegyricæ de Studii linguae Ebrææ in Theologia utilitate & necessitate: interque ea; sextum illius collegii dictum esse Ministrum synagogæ publicum, item Nuncium Ecclesiæ sive ἄγγελον τῆς Ἑκκλησίας, ut & Inspectorem congregationis aut Episcopon. De hoc scripsisse Maimonidem: Non constituunt Ministrum synagogæ, nisi qui sit excellens in cœtu sapientiæ & factis: & si sit senex tanto honoratior erit apud reliquos. Et operam sedulè navant, ut Minister synagogæ acceptabilem habeat vocem, ipseque exercitatus sit in legendo. Si tamen barba ejus non sit plena, licet sit valde sapiens, Minister ille synagogæ constitui non potest, propter reverentiam cœtus. Secundum hanc doctrinam Episcopi Ecclesiæ non respondeant Archisynagogis, sed illis qui in Synagogico Collegio sexti fuerunt ordinis: reapse tamen Episcopi olim audierunt quoque ἀρχεῖτες sive antistites.

Yy 3

SUPPLĒ